

lib. 2, ut ibi die noctuque officium faciat. In sancta ecclesia majori dedi per sacerdotes inter castone et siricas planetas XVI, credo, et amplius, dalmaticas VIII: septem sunt, et de una fecit sibi diaconus Venerius tunicam, et de alia Mauricius, qui in perditione ambulavit, tunicas syricas octo de bono linteamine. Ad omne subdiacono et acolytos de alio linteamine per sanctas ecclesias intus et foras credo quod intuere non possum. Dimisi per illas insulas cavallos XII, Deus scit, meliores fuere de quinquagenos vel sexagenos mancosos, armalino, lana, canabe, coria, filtros, saumas ursinas, scrineas ferro amplius valente quam s. cento, vino amphoras amplius quam duocento, sine alias causas, quod ego non possum recordare; XVIII caldarias maiores comparavi de illos missos per illos, rame de casa Ioanni magistro milite tulerunt.

Breve quanto in domo S. Hermagorae inveni. In primis grano modia XV, vino amphoras 9, auro facto pesante manchosos XXX et III, argento facto de mesa lib. 72. Ego inde habeo hic ad me 60 lib. et 1, sic persensa quod in domo remansit. Si plus invenit inter isto, quod ego habeo, et illo, tunc sciatis quod dempto de meo certamine est, et si minus invenit, si Deo placuerit, ego illo habeo restaurare de toto isto; pervivente in secula, non volo me habere, sed omnia revertar in sancta ecclesia. Laudo ego Deo de mea habeo completa missa, quod ad me habeam thesaurus sanctae ecclesiae omnis salvus est, quod ibi inveni; scepto fuit unus calix parvulus et non benefactus, pervivente in secula; non pensavit amplius 114 manchosos; ad augendum L manchosos transmisi in Franciam, et bonas gemmas adamantinas et ajaguntos, ut faceret meliore et maiore. Si sanus est dominus Ludovicus, ego credo quod sancta ecclesia illum non perdere habet; et si aliquid [ad]venit, confido in Deo, non vado de ista luce antea quam ego restaurare, credite, nec profeta sum, nec filius profetae, nam promissa a Deo sic erit, quod in magno honore et gratia sancti imperii in sancta mea reverta ecclesia, in pace et tranquillitate vobiscum diebus vitae meae gaudebo.